

*De Galeno*

quodnam sit medicinae subiectum, & an rectè illa in Theoricen, & practicè diuidatur: quæ nemo **A**  
 commode intelligere potest, qui prius perspectum non habuerit quid ipsa sit medicina, & quis  
 illius finis. Sed cur hæc passim inculcat & vsque ad nauseam de illis disputat Montanus, reliqua  
 verò longè difficiliora, & vtiliora contemnit? De Galeno mallem (vt Salustius inquit de Car-  
 thagine) tacere, quàm pauca dicere; sed quoniam ad id me cogit tractatio, breuiter perstrin-  
 gam, quæ meo instituto sufficere posse arbitror. Duo putantur fuisse Galeni insignes medici &  
 philosophi, alter Menodoti filius, qui inductorium medicinae, & librum de renum affectibus,  
 & fortè etiam multa ex aliis operibus, quæ inter Galeni libros Spurii censentur esse, conscripsit.  
 Alter fuit Galenus in Pergamo ciuitate Asiae minoris natus, patre Nicone, optimo viro, diuite,  
 summo Geometra, Astrologo, Logico, Architecto, & super oēs philosophos admirabili, vt ip-  
 semet Galenus testatur octauo methodi, & in lib. de cibis boni, & mali succi, ac in lib. in scripto  
 de remedio affectuū: vbi ingenti felicitati sibi ducit, quod patrē ab omni iracundia alienū, iustif-  
 simū, frugalissimū, humanissimūq; haberet, Matrē verò vsq; adeo iracundā, vt etiam morderet **B**  
 interdū ancillas, & semper clamaret, contenderetq; cū patre, & longè quidē asperius, quā Xan-  
 tippe illa cum Socrate. Refert idem in lib. de præcognitione, & nono Methodi, cū ad philosophū  
 deduceretur, per euidens somniū patri iniunctū esse, vt in medicina quoq; filiū institueret, tamq̃  
 Deus aliquis præuideret maximā illius laudē, quam in ea facultate ex tot tantisq; libris sibi com-  
 parauit. Vixit sub Cæsaribus Adriano, Antonino, Marco, & Cómmodo. Præceptores habuit, vt re-  
 fert tertio de locis affectis, in omni secta doctissimos. Inter quos maximè laudat Satyrū & Pelopē.  
 Puer patris diligentī custodia vixit sanus: etsi interim cum ille in agro secessisset, inuitatus à suis  
 commilitonibus liberalius horcis fructibus sese repleuerit ita, vt postea adueniente autūno in tā  
 acutum morbū inciderit, vt sanguinis missione opus habuerit. Agebat tunc decimum octauū an- **C**  
 num. Post obitū patris ynā cum æqualibus suis etiam hmōi fructibus vsus, similiq; morbo con-  
 flictatus, rursus eodem remedio adhibito conualuit: postea singulis annis, interim vno interposi-  
 to, vsq; ad vigesimum octauum, morbo corripiebatur: ac cum periculum esset ne abcessus in ea  
 parte decumberet qua iecur septo transuerso committitur, ab vniuersis fructibus abstinere decre-  
 uit, præterquàm ab exactè maturis vuis, & ficibus mediocriter sumptis, Atque ita inquit ille in li-  
 bro de cibis boni & mali succi concoctionis & exercitationis ratione habita, multis iam annis ad  
 hunc vsq; diē nulli morbo obnoxius transegit tametsi alibi scribit se ob nimium litterarum studiū  
 aliquando in diariam incidisse. Habet etiam in lib. de locis affectis se laborasse colico dolore, &  
 deceptum ab initio, an esset in intestinis vel renibus affectus. Propterea fallitur Cornucopia qui  
 illū scribit vsq; ad extremā senectutem sine morbo vixisse. Pedestri itinere sæpe incedebat, vt no-  
 no de simplicibus commemorat. Corinthum nauigauit, vt Numesianum Quinti discipulū con-  
 ueniret; petiit quoq; Alexandriam, vt alios Quinti discipulos audiret. Profectus est & in Lem- **D**  
 num, ipsius terræ Lemniæ visendi causa: idque bis fecit, cum prima nauigatione non Lemnum  
 illam, quæ terram à nobis Lemniam dictam profert, appulisset: sed aliam. Romam bis uenit, vbi  
 scribit se charum fuisse magnis viris, ob egregiam, quam habebat de Anatome cognitionem, vt  
 ait in lib. quem inscripsit de propriis libris: tametsi nostro hoc sæculo extant, qui ostendunt eum  
 humani cadaveris nullam aut exiguam habuisse cognitionem: sed de simiis, suis, canibus, scri-  
 pta esse, quæ de Anatome extant illius opera, Vix etiam adducor vt credam eum in magno pre-  
 tio Romæ fuisse: quippe cum in lib. de præcognitione, & in methodo medendi, alibi que pas-  
 sim scribat, doctos medicos Romæ non cognosci, nec accersiri, eosque non cenare cum  
 diuitibus, nec multos habere asseclas, latronesque esse. Medicos Romæ degentes, tanto de-  
 teriores aliis latronibus, quod hi in montibus: illi verò in maxima ciuitate insidientur,  
 eosque inter se conuenire, vt alios externos nonosque in ciuitate medicos, omni ratione tur- **E**  
 bent, & extrudant: præsertim quos doctos agnoscunt, quorumque virtutem formidant. Quod  
 vitium numquam deseruit medicos Romanos, eosdem omnes bonas horas in salutandis &  
 comitandis nobilibus consumere: Ac cum scribat in libro de curatione per sanguinis missio-  
 nem, se bis in die, ad famulum cuiusdam nobilis qui in agro laborabat ophthalmia solitum  
 accedere, & vnicum famulum Romæ habuisse cum pauca suppellectile. Ac à quodam Philo-  
 sopho se persuasum, vt à Roma discederet, quod per somnum etiam admonitus, vt refert in  
 lib. de motu musculorum, nemine salutato protinus fecit: clarum est eum Romæ non fuis-  
 se in magno pretio. Fuit Galenus vir libero ingenio præditus, vt ostendunt illius opera, in  
 quibus apertè sæpe contradicit Platoni, Aristoteli, Chrysippo, & vniuersis aliis Philosophis,  
 & Medicis, Nec ipsi Hippocrati, quem maximè veneratur, aliquando parcit. Scribit enim  
 in lib. 2. de simplicibus se liberum esse, & in tota vita, veritatem omnibus rebus prætulisse.  
 Ac in libro sexto de morbis vulgaribus commenta. 2. ita ad verbum habet, Ego non solum  
 in Hippocratis scriptis: sed etiam in omnibus antiquorum libris obseruo, ut nō temerè que quis-  
 que ipsorum